Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

VI.

urn:nbn:de:bsz:31-295118

Visual Library

ſigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) glorioſiſſ. Regis.

Hilibaldus Epiſcopus & Cancellarius jure Wiligiſi Archiepiſcopi recognovi. Datum XI. Kal. Jan. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIIII. Indictione VII. Anno Tertio Ottonis regnantis XII. actum *Sasbach (a)* feliciter. Amen.

VI.

OTTO III. IMP. MONASTERIO WALDKIRCH DONAT MANSOS V. IN SCAFHUSON, VILLA BRISGOVIÆ.

ANNO DCCCCXCV.

Ex Autographo Collegiatæ Waldkirch.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduae Trinitatis OTTO diuina fauente Clementia Rex. Omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet atque futuris notum eſſe uolumus quemadmodum Nos ob petitionem & interuentum dilectæ Sororis noſtræ Sophiæ Sanctæ monialis dedimus quinque

(a) Sasbach vicus ad Rhenum in Brisgovia, infra Briſacum.

manſos cum area una in dominicatu in uilla *Scafhuſon* dicta. in pago *Briſiggouue* dicto. & in *comitatu BIRTHILONIS Comitis* ſitos. ad monaſterium *uualdkircha* dictum, in honorem Sanctiſſimæ dei genitricis Mariæ nec non & Sanctæ margaretæ uirg. Conſtructum ſcilicet in uſum puellarum ſub regula Sci Benedicti inibi domino ſeruientium. Inſuper eis dedimus etiam Lucum unum quem uulgares *hard* nominant inter uillam *uuila* & *Scafhuſon* ſitum. qua maximam jnde habuerunt penuriam. atq. iam dictos eosdem manſos & Lucum prænominatum cum omnibus utenſilibus ſuis. hoc eſt areis. aedificiis. mancipiis utriusq. Sexus. terris. cultis & incultis. agris. pratis. campis. paſcuis. ſiluis. uineis. uinetis. aquis aquarumue decurſibus. piſcationibus. molendinis. queſitis & inquirendis. cunctisq. aliis appendiciis quae adhuc dici aut nominari poſſunt eidem iam dicto monaſterio uualdkircha in proprium tradidimus. atq. ex integro de noſtro iure in prædictarum monacharum tranſſudimus jus. Et ut hæc noſtra regia traditio dehinc firma conſiſtat. hoc praeceptum inde conſcriptum. Sigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus. manuq. propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) glorioſiſſimi regis;

Hildibaldus eps. & Cancellarius uice uuiligiſi archiepiſcopi recognoui;
data IIII Kl. ian. anno dom. incarnat. dccccxcv. jndict. VIII.
Anno autem tertii ottonis regnantis xij. Actum *ereſtettun.* ſel. Amen.